

LEX XXVIII. — Curia Regis assimilatur mari, quia sicut in mari spatioso multorum generum pisces vivunt, sic in curia multifarie lites tractantur; et sicut navegantes tempore felici sunt securi, et letabundi veniunt in portum, sic in curia justam litem foventes sunt tili, et justitia consequuta letantes domum redeunt; et sicut maris tempestas miseris mergit navegantes, sic in curia male litigantes succumbunt, et pro sceleribus mortem recipiunt: oportet igitur unius animi esse curiales, consulentes Regi meliora, et quod a tramite justitiae non recedatur, quia justitia est inter Deum, et mundum mediatrici. Hoc dicit.

(1) *Semejanza*. Nota bene hanc similitudinem maris ad curiam Regis, et adde pulchra verba Ambrosii in Hexameron lib. 3. cap. 5. cum dicit: Bonum igitur mare, primum quia terras necessario suffulcit humore, quibus per venas quasdam occulte succum quidem haud inutilem subministrat; bonum mare tamquam hospitium fluviorum, fons imbrium, derivatio aluviorum, inventio comitum, quo sibi distantes populi copulantur, quo praetiorum removentur pericula, quo barbaricus furor clauditur; subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas valetudinibus, separatorum conjunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vectigalium, sterilitatis alimentum; ex hoc pluvia in terris transfunditur, etc. Ex istis proprietatibus multas adaptabiles ad Curiam Regis.

(2) *Su voluntad*. Quod tamen velle non deberent, ut habetur Ecclesiastic. cap. 18. v. 30. «Post concupiscentias tuas non eas, et a voluntate tua avertere,» et Bernard. in Sermon. fol. 35. col. 2. cesset voluntas propria, et infernus non erit.

(3) *De un acuerdo*. Nota bene ista verba, sic et Paul. ad Ephesios, cap. 4. v. 3. Soliciti servare unitatem in vinculo pacis: et porro unum est necessarium, Luc. cap. 10. v. 24. Et multitudinis credentium erat cor unum, et anima una, Actorum cap. 4. v. 52. Et nisi opus tuum in unitate feceris, Deo, qui unus est, acceptum non erit, Bernard. in 3. sermone Assumptionis Beatae Virginis.

LEY XXIX. — Que cosa es Palacio, e porque le llaman assi.

Palacio es dicho qualquier lugar, do el Rey se ayunta paladinamente, para fablar con los omes. E esto es en tres maneras: o para librar los pleytos (a), o para comer, o fablar engasajado. E porque en este lugar se ayuntan los omes para fablar con el, mas que en otro lugar, por esso lo llaman Palacio (1), que quiere tanto dezir, como lugar paladino. E por ende conuiene, que se non digan y otras palabras, si non verdaderas, e complidas, e apuestas. Ca si es en juyzio (b), ha menester que sean verdaderas (2), e muy ciertas, para librar el pleyto derechamente. E si es en el comer, deuen ser muy complidas, segund conuiene aquel lugar, e non ademas: ca non deuen estar muy callando, ni otrosi fablar a la oreja, ni mostrar por signos lo que quieren dezir, como omes de Orden, ni otrosi dar grandes bozes. Ca el Palacio, en aquella sazón, non ha de ser muy de poridad, que seria a demenos, ni de grand buelta, que seria a demas: porque mientras que comieren (3), non han menester (4) de departir, ni de retraer, ni de fablar en otra cosa, si non en aquella que conuiene, para gouernarse bien e apuestamente. E quando es para fablar, como en manera de gasajado, asi como en manera de departir, o para retraer, o para jugar de palabra, en ninguna destas non se deue fazer, si non como conuiene. Ca el departir deue ser de manera, que non mengue el seso al ome, ensañandose, ca esta es cosa, que le saca ayna de su casa (5); mas conuiene, que lo fagan de guisa, que se acrezca el entendimiento por ella, fablando en las cosas con razon, para allegar a la verdad dellas.

(a) (b) Véase nuestra nota última a la ley precedente.

LEX XXIX. — Palatium Regis dicitur locus, ubi Rex palam ad iudicandum, ad comedendum, seu amena loquendum, se praebet; et dicitur a palam, quia omnia ibi pateat: si in iudicio, verba proferrantur certa, vera, perfecta, et ornate dicta: si in prandio, nec minima sit taciturnitas, nec ad aures loquutio, nec per signa, ut faciunt monachi, sed nec alta voce est loquendum, nec circa ea, quae non fuerint ad salutem, et decentem alimoniam: in amena vero loquutione id seruetur, quod per eam intellectus crescant, et quae provocant insaniam, evitentur. Hoc dicit.

(1) *Palacio*. Sic, in palatio Lateranensi reddebatur jus a iudicibus Romae, ut dicit Glos. in authentic. de iudicibus, §. sedebunt, collat. 7. ubi etiam dicit, quod hodie apparent ibi domunculae iudicum.

(2) *Verdaderas*. Iudex multum debet intendere in perquisitione veritatis, vide Joan. de Plat. in 1. quotiens, C. de naufrag. lib. 11.

(3) *Que comieren*. Sic et Archimidas cuidam, qui vitio vertebat Hecatho rectori, quod adhibitus ad ipsorum convivium nihil dixisset, videris, inquit, mihi nescire, quod is qui dicendi novit artem, etiam dicendi norit oportunitatem: in senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, aliisque reipublicae negotiis locus est oratori; in conviviis majore cum laude silet eruditus, quam loquitur. Erasmus in Apothegmatibus, fol. 53.

(4) *Menester*. Nota, quae sit ea, quae debeant loqui tempore prandii.

(5) *De su casa*. Nullus enim leo, nulla sic vipera viscera queunt humana laniare, ut hominis iracundia: Chrysost. super Matth. homil. 4. fol. penult. et in Epistol. Jacobi 1. v. 19. et tardus ad iram.

LEY XXX. — Quantas cosas deuen ser catadas en el retraer.

Retraer (1) en los fechos, o en las cosas, como fueren, o son, o pueden ser, es grand buena estancia a los que en ello saben auenir. E para esto ser fecho como conuiene, deuen y ser catadas tres cosas: tiempo, e lugar, e manera (2). E tiempo deuen catar, que conuenga a la cosa que quiere retraer, mostrandolo por buena palabra, o por buen exemplo (3), o por buena fazaña, otra que semeja con aquella, para alabar la buena, e para desalabar la mala. E otrosi lugar deuen catar, de guisa que lo que retraxieren, que lo digan a tales omes, que se aprouechen dello; assi como si quisieren castigar a ome escasso, diziendole en exemplo de omes granados, e al cobarde (4) de los esforçados. E manera deuen catar, para retraer, de guisa que digan por palabras complidas e apuestas, lo que dixeren, que semeje, que saben bien aquello que dizen; e otrosi que aquellos a quien lo dizen, ayan sabor de lo oyr, e de lo aprender. E en el juego (5) deue catar, que aquello que dixere, que sea apuestamente dicho, e non sobre aquella cosa que fuere en aquel, con quien jugaren, mas auiesas dello; como si fuere couarde, dezirle que es esforçado, e al esforçado jugarle de cobardia. E esto deue ser dicho de manera, quel con quien jugaron, non se tenga por escarnido, mas quel aya de plazer, e ayan a reyr dello, tambien el, como los otros que lo oyeren. E otrosi el que lo dixere, que lo sepa bien dezir en el lugar que conuiene, ca de otra guisa non seria juega. E por esso dize el prouerbio antiguo, que non es juego, donde ome non rie. Ca sin falla el juego con alegria se deue fazer, e non con saña, ni con tristeza. Onde quien se sabe guardar de palabras sobejanas, e desapuestas, e vsa destas que dicho auemos en esta ley, es llamado Palanciano, porque estas palabras vsaron los Sabios antiguos, e los entendidos omes, en los Palacios de los Reyes, mas que en los otros logares; e alli rescebieron mas hoerra, los

que lo sabian. E aun lo encarecieron mas los omes entendidos, ca llamauan antiguamente pros Caualleros a los que esto fazian, e non era sin razon. Ca pues entendimiento, e la palabra, estraña al ome (6) de las otras animalias, quanto mas apuesta la ha, e mejor, tanto es mas ome. E los que tales palabras vsaren, e se sopieren en ellas auenir, denelos el Rey amar, e fazerles mucho bien e hourra. E a los que se atreuiessen a fazer esto, non seyendo sabidores dellas, sin lo que se mostrarian por atreuidos e por nescios (7), deuen auer avn pena, e ser alongados de la Corte e del Palacio.

LEX XXX. — In palatio causa letitiae fieri possunt jocosae detractiones, consideratis loco, tempore et modo; sicut per pulchra verba, vel bona exempla, et taliter quod prosit, tenaci namque homini liberalium exempla dicantur, et timido facta animosorum; et modus sit placidus, et ornatus, et per antiphrasim datur detractio vera, veluti timido, quod est fortis, animoso, quod est pusillanimus, ita quod ex quo detractio est, non provocetur ad iracundiam: palatini igitur dicuntur sic jocosae, aliter vero se habentes elongari debent a palatio. Hoc dicit.

(1) *Retraer*. Nota, quod triplex est reprehensio: imperiosa, quae fit imperio potestatis, haec tantum majoribus conceditur; alia socialis, id est, quae fit cum animo devoto et reverenti, et haec omnibus etiam minoribus conceditur; tertia temeraria, quae infamandi causa fit, et haec nulli conceditur, glossa notabilis in cap. nolite, 21. dist. et de secunda videtur loqui ista lex.

(2) *Tiempo, e lugar, e manera*. Nota, quae debeant considerari in reprehensione, tempus scilicet, locus est modus, nam tempus tacendi, tempus loquendi, Ecclesiastic. cap. 3. v. 7. et qui tractat, audientium debet considerare personas, ne prius irideatur, quam audiatur, Ambros. super Lucam, lib. 6. cap. fin. et modus est etiam tenendus, nam peritus medicus prius sana membra, quae circa vulneris feriendi transigit, vide Gregorium, 24. Moral. cap. 23.

(3) *O por buen exemplo*. Nam per exempla rem melius, et velut occulta fide intelligimus, Bald. in l. 1. in princip. ff. de justit. et jur. Abb. in cap. inter ceteras, colum. 1. de rescrip. et sanctorum virorum exempla posuit Deus ad arguendos, et instituendos nos, ut tradit pulchre Gregor. 9. lib. Moral. cap. 43. et lib. 27. cap. 7. et sunt exempla sanctorum Patrum linea, quam posuit Deus, ut per eam facta regulerentur, idem Gregor. 28. lib. Moral. cap. 13. et 14.

(4) *Al couarde*. Sic et habetur Ecclesiastic. cap. 37. v. 12. «Cum viro religioso de sanctitate tracta, cum injusto de justitia, et cum muliere de ea, quae emulatur, cum timido, de bello, etc.»

(5) *En el juego*. Nota ex ista lege, quod licitum est joculari in curia, dum tamen temperate et sine dolo fiat, sed causa joci; et licet verba jocosa in alium proferantur, non competit actio injuriarum, ex quo abest animus injuriandi, et cum talis ludus sit innocuus, non est in culpa, l. nam ludus, ff. ad leg. Aquil. et an fiat causa ludi, vel injuriandi arbitrabitur iudex; vide notata in cap. 1. de praesump. et ad istam virtutem, quae dicitur eutrapelia, pertinet bene convitiari, secundum Philosoph. Ethic. cap. 13. ex cuius dictis videtur sumpta ista lex, et tradit S. Thom. 2. 2. quæst. 72. art. 2.

(6) *Estraña al ome*. Adde l. 7. supra tit. 8. ead. Partit.

(7) *Por nescios*. Nota ergo, quod licet in loco absit dolus, si tamen adest culpa, punitur ioculariter jocosus: adde Gloss. in cap. eum qui, 50. dist.

## TITULO X.

QUAL DEUE EL REY SER COMUNALMENTE A TODOS LOS DE SU SEÑORIO.

Comunaleza deue el Rey auer a todos los del su Señorio (a), para amar, e honrrar, e guardar a cada vno de los, segun quel es, o el seruicio que del rescibe. Onde

pues que en los títulos ante deste fablamos de qual deue el Rey ser a los Oficiales de su Casa, e de su tierra; que-remos dezir en este, qual ha de ser comunalmente a todo el Pueblo. E de si como los deue el Rey amar, e guardar, e por que razones.

(a) Véase nuestra nota a la L. 52, tit. 6, P. 1.

## TITULUS X.

LEY I. — Que quier dezir Pueblo.

Cuydan algunos, quel Pueblo es llamado la gente menuda, assi como menstrales, e labradores; e esto non es ansi. Ca antiguamente en Babylonia, e en Troia, e en Roma, que fueron lugares muy señalados, ordenaron todas estas cosas con razon, e pusieron nome a cada vna, segund que conuiene. Pueblo llaman (1) el ayuntamiento de todos los omes comunalmente, de los mayores (2), e de los medianos, e de los menores. Ca todes son menester, e non se pueden escusar, porque se han de ayudar unos a otros, porque puedan bien biuir (3), e ser guardados, e mantenidos.

LEX I. — Populus est hominum majorum, mediocrium et minorum adunatio. Hoc dicit.

(1) *Pueblo llaman*. Hoc idem patet ex l. 2. ff. de orig. jur. et nota bene istam legem, quod populus proprie non sunt homines, sed hominum collectio in unum corpus mysticum, et abstractivè sumptum, cuius significatio est iuxta intellectum, et sic etiam dicebat Bald. in l. etiam, colum. 3. C. de execut. rei jud. sed an appellatio populi comprehendatur clerici, videtur quod sic, per istum textum, et quia cives sunt civitatis, ut notat Bart. in l. 1. ff. ad municip. et Bald. in cap. 1. de milit. vasal. qui arma bellic. depon. Abb. tamen in cap. 1. de vita, de honestat. cleric. et in cap. 1. de praebend. vult quod in materia privilegiata omnes comprehendantur, non vero in materia odiosa, et idem vult Felin. qui late tractat in cap. ecclesia S. Mariae, colum. 23. de consti.

(2) *De los mayores*. Adde §. constat, verbo plebs autem, Instit. de iure nat. gent. vel civil. et quod dicit Bart. in l. 1. colum. 10. C. de dignit. lib. 12. procedit secundum communem usum loquendi Italiae, non de jure.

(3) *Porque puedan bien biuir*. Sic dicit Isidorus 9. lib. Etymologiarum, cap. 4. cives id est vocati, quod in unum coeuntes vivant, ut vita communis, et ornatio fiat, et tutior.

LEY II. — Como el Rey deue amar, e honrrar, e guardar a su Pueblo (a).

Amado deue ser mucho el Pueblo de su Rey, e señaladamente les deue mostrar amor en tres maneras. La primera, auiedo merced dellos, faziendoles merced (1), quando entendiere que lo han menester: ca pues el es alma e vida (2) del Pueblo, assi como dixerón los Sabios, muy aguisada cosa es, que aya merced dellos, como de aquellos que esperan biuir por el, seyendo mantenidos con justicia. La segunda, auiedoles piedad, doliendose dellos, quando les ouiesse a dar alguna pena (3) (b): ca pues el es cabeza de todos, dolerse deue del mal que rescibieren, assi como de sus miembros. E quando desta guisa fiziere contra ellos, serles ha como padre (4), que cria sus hijos con amor, e los castiga con piedad, assi como dixerón los Sabios. La tercera, auiedoles misericordia, para perdonarles (5) a las vegadas la pena, que merecieren por algunos yerros que ouiessem fecho (c). Ca como quier que la justicia es muy buena cosa en si, e de que deue el Rey